

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Jonstoni Historia Naturalis

Ioannis Jonstoni|| Theatrvm|| Vniversale|| De Avibvs

Jonston, Jan

Heilbrunna, MDCCCLVI.

VD18 90528921

Titvlvs III. De Accipitribus.

urn:nbn:de:gbv:45:1-11068

fere digiti transuersi. *Caudae* longitudo circiter tres dodrantes. *Tota pars supina*, id est collum inferius, pectus et uenter et pedes quoque rufo colore sunt, dilutiore quidem caudam uersus, rubentiore uersus caput. Digiti pedum fusco uel corneo colore sunt. *Alarum pennae* longissima quatuor dodrantes aequat. Subnigricant seu fusco sunt omnes alarum pennae uno fere colore, paruulae tamen supremae in aliis nigriores sunt, ut per medium aliae subrufis maculis, aliae subalbidae circa imum distinguuntur, eo

nigriores autem sunt, quo propiores dorso, ubi prae nigredine splendent. Pennae per medium dorsum nigrae sunt splendentque in eorum medio cauliculi albi praesertim, quae circa medium dorsum sunt et dimidia colli parte, reliqua enim colli pars pennas ex albido rufas habet. Caudae pennis idem color est, qui alarum, nempe fuscus. Hisce addit Albertus quoddam collo crasso aliisque ad dorsum ualde retortis et magno pectore, quod frequenter in ri-

pis maris degit et, quod ue-
natur, eo defert.

TITVL VS. III.

De Accipitribus.

CAP VT I.

De Accipitribus in genere.

Accipiter vultures excipiat avis, cuius tanta apud ueteres uene-
ratio, ut et a præfigiendi post ex-
am hanc uitam ui pollere credi-
derint et legem, qua capitis da-
mnatur, qui cum etiam imprudens
occidisset, tulerint, tanta apud

Aegyptios, ut ipsum soli acceptum
putarent, pieto c Osirim propone-
rent. Tentyritae d et Philarum e in-

colae sanctissime colerent, interfe-
d Aelian. etum sepulcri honore adficerent et

in urbem f Butim asportarent seu,
mal. c. 24.

quod ipsius substantiam ex sanguine
et spiritu constare g dicent seu,

f Herodot. quod regionem a uenenatis animali-
bus h eos repurgare cernerent, seu

g Porphy. quod accipiter priscis temporibus
l. c. librum puniceis literis scriptum, in

h Diodor. Sicul. l. 2. quo cultus deorum forma contine-
batur, Thebas ad sacerdotes detu-

lis se i crederetur.

Dicitur Graecis communiter i-
i Diod. l. c. ea^z, Macedonibus παγας, apud
Nomen. Lybias βαγβας, Hesychio νερνος, Tyrrenis αγανος, aliis μερνυν. La-
tinis accipiter, seu a rapacitate, seu
quod ter sit acceptus. Vnde et fa-
cer ales uocatur.

Auem ipsam si species, corporis
ipsi moles incerta. Nonnunquam

uix aquilis cedit, in Aegypto k mi- k Arift. l.
nores, quam in Graecia, in regio. 9. Hist. A. C. 28.

quia sanguine et spiritu abundant,
maiores. Major mare foemina, quod
in illo humidum ab immodico absu-
matur calore, in hac sanguis cum

moderato calore copiosior, multum
argumento materiae suppeditet.

Color ipsis ut plurimum ex albido
fuluo et nigro diuersus maculisque

distinctus, alibi albi et leucophaei
reperiuntur et, qui in frutice spinoso

aut acere habitant, ad rufum aut
nigrum declinant, qui in fago, ad

gilium seu pallidum. **C**aro est aspe-
rior, quam l. cuculi copiosioribus Athen. H.

plumis integitur, quam grauiores A. l. 8.c. 9.

aves, quod superflua materia ad pen-
nas amandetur eorumque genera-
tioni seruat. **R**ostrum habet adun-
cum extremo plerumque corneum.

Oculos splendidos, unde soli facri et
perpetuo mobiles, quorum color

cum aetate mutatur. **C**erebrum co-
piosum, linguam latam principio

obtusam nec bifidam nec acutam.
Pectus acutissimum modica carne

munitum. **A**las rapacium acutiores.
Anhelitum foeditum, **c**or magnum,

cuspide obtusa. **L**ienem adeo exi-
guum;

guum, ut sensum prope modum effugiat. Fel nonnunquam aerugineum lecori et intestino adiunctum.

Locns. *Siloca* species, frequentissimi sunt in Anglia, Suecia, Prussia, Liuonia, Russia, quod istae avibus tardioris uolatus et multae carnis abundant: minus frequentes in Syria, Persia, Africa, Graecia et Creta. *Nidulantur* in praeruptis et altis rupibus, in Alpibus inprimis, sed uel inter uepreta

n. Homer. uel *n* in arboribus, acere in primis, *Odysf. 6.* fago, queru, abiете, pinu. Qui Mas-

o Plin. H. siliae o agros incolunt, humi foetifi-

N. l. 10. cant nec alibi nascuntur.

c. 8. *Nutri-* Potu omni, tinnunculo excepto, *mentum.* abstinent, si Aristoteli *p* et Suidae *q* *pl. 8.* *Hi-* credimus, bibere *r* Plutarchus *stor. c. 38.* etiam, postquam hominis defuncti *q in noce* corpus tetigerit, si ad fluentis copiae *ēn.*

r Plut. de aqua inuitetur, *s* Gyllius prodide-

Iside et Osi- re, quamdiu uiuentium sanguis se-

ride.

s Cyllius exanguibus uesci cogatur, potare

in Aelian. creditibile. *Cibus* ipsis aues, gallinae-

ci in primis et columbacei generis, turdi, fringillae, coturnices, corui, picae, cornices, nobilioribus cancri et caro leporina uehementer sa-

piunt, uilioribus etiam mures, ra-

nuae et talpae, mansuetis quoque fru-

ges et panis. Nec a cordibus, quod

t Aristot. 9. cum *t* Aristotele *u* Plinius et Aelia-

Histor. c. *nus* non credidere, teste Alberto *x*

II.

u Plin. H. et Aldrouando abstinent, quin cere-

N. l. 23. de bro e crano diuulso et absunto,

Animalib. reliquum corpus inuolant. Nulli ad

z Albert. reliquias praedae suae reuertuntur,

z. 6. dum syluestres sunt, nec unquam ca-

daueri insidere uisi, sed omnes inter-

dum tam audi, ut stercora prae fame

deglutiant. *Venatur* autem accipi-

ter non tantum turtures, gallinas

a Columel- albas maxime *a* propter candoris in-

la l. 9. de signe, anates, cornices, sturnos, pi-

cas etc. sed et proprium genus, quod

praeterquam aquilae et orio, ut qui-

busdam placet, nulli aliarum auium

cum eo commune est. Cuculus ab

b Aristol. eodem absimitur, *b* si quando una

H. A. l. 6. adparuere, sola omnium auis a suo

s. 7.

Plin. H. genere interemta. Leporem post-

N. l. 10. quam cepit, sinistrum pedem terrae

s. 9. infigit, dextro praedam retinet et,

quamprimum potest, oculos eius

eruit. Venatur solus uolitat, preda conspecta humili prope terram fertur et omni conamine instat, si primo nisi frustratur, persequi desinit et sibi indignatur.

Faecunditate negata, quod hu- *Genera-*
morem *c* ad crura, ungues, pennas *tio.*
et genitalia loca simul nequeat trans- *c. Arift. 2.*
mittere natura; salacitatem ipsi ad- *de gener.*
scripsit antiquitas. Certe et cum a- *Anim. c. 1.*
quilibus d coeunt et asteria cum acci- *d Arift. 2.*
pitre congregatur. Quoddam genus, *de gener.*
cum in uenerem ruit, minimarum *Animal.*
etiam auium moribus patet; aliud *c. 5.*
e more hominum amatoria leuitate *Aelian.*
flagrantium foeminas semper secta- *2. de Ani-*
tur, absentes clangore prosequitur. *mal. c. 43.*

Aegyptii foeminam una die requisita, quantumlibet secesserit, a mari- *Actas.*
to uocatam obsequi tradunt et inde *a Aelian.*
foeminas morigeras titulo accipitris honestant. Tria ut plurimum qua- *l. 10. de*
tuor aut quinque *f* quandoque *oua* *Albert. 14.*
pariunt et uicenis diebus incubant. *10. c. 8.*

Aetas huius auis in multis se pro-
tendit annos. Aegyptii *a* ad septin-
gentos peruenire, sed falso asserue-
runt. Multis etiam infestatur *morbis,* *14.*
b nempe difficultate respirandi et
tum sonum elidit, aliquando oscita-
tur et uomit, tineolis et tum ipsi uen-
ter et collum glabescunt, cholera, in
qua liquorem uiridem euomit. Spon-
gia, qua adfectus praeter consuetu-
dinem bibit, multum sessitat nec
ex manu nec ex pertica discedit.
Febri, tum pustulas siliagini similes in
ore habet. Tineis, tum caudam fre-
quenter motitat. Suppressione alui,
tum crebro anulum perticae admouet
et excrementa nigra reddit. In-
temperie frigida et tum excrementa
crocea aut cruenta reddit, alas au-
tem remisas et laxas, capitum plumas
horrentes habet. Pituita sicca et tum
liquorem per nares non emittit. Gra-
uedine et tum ipsi liquor per nares,
spuma per oculos elabitur. Tremore
et tum pinnas, ut struthiocamelus ha-
bet et uolare nequit. Plura apud ci-
tatum auctorem uide. *Vox* accipi-
tribus alia alio tempore et generi.
Apud Graecos uerbo *ευζεύς* per ono-
mapoemiam conficto, apud Latinos
pipandi exprimitur. Gallinae si eam
audie-


Buteo.
Buſant . Buſahn
massiveyh.



Goyrani seu Boudree Bellonij.



Accipiter.



Hapich.

Vijus.
d Aelia
H.A.L.
c. 14.

e. Plut.
de Ifide
Oſride.
Homer
liad. n.
Volatu
f Arift
in Anil
g. Aelia
10. c. 2

Ingenis

i Aelia
H. A.
42. Pli
10. c.

a Arift.
Hisfor
36.



Vifus.
d' Aelian.
H.A. 10.
c. 14.

e Plut. lib.
de Ifide
Osfride.
Homer. I-
liad. u.
Volatns.
f Aristoph.
in Anib.
g Aelian. l.
10. c. 24.

audierint, dum interim incubant, oua uitiantur. *Vifus* tam acer, *aut* nullo negotio aduersos solis radios intueatur. Hinc dicitur Aristophani πανόφθαλμος omnioculus. Cum Apolline, qui est sol, magnam conuentiam habere credebatur et eiusdem e imagine solem denotari Aegyptiis solitum.

VOLATV sunt uelocissimi et adeo celeres, ut uel ideo *πιποτοχόται*, ξΦιαι et ἵρανες παρά τε πάντας αἴσθαι a facili motu dicantur, soli, qui uelocissimus sacri sint et summam cum igne habere cognitionem habere credantur. Ita sane se aliquando efferunt, ut humanum uisum effugiant, nihilominus praedam inde uisam iaculo ciuitius demissi adsequuntur. Peculiare illis et cum sola noctua commune, in aere sese resupinare, caudam deorsum et alas expandere, his uice foli uti.

INGENIVM ex parte attigimus, solitariam semper, praeterquam tempore coitus uolare, iustae magnitudinis cum uulpibus etiam aquilis et uulturibus certare, in Thraciae i parte supra Amphiolim cum hominibus societate quadam aucupatum fuisse, in toto avium genere docillimam esse, auem sibi sorte sub noctem oblatam totam noctem sub pedibus tenere, exoriente sole ma-

CAPVT II. De Accipitribus in specie.

ARTICVLVS I.

De Asteria, Accipitri Palumbo et Fringillario.

a Arift. 19.
Hifor. c.
36.

ASTERIAS, qui et asturialis, corpore est grandi et oblongiore, unde palumbo a comparatur, pundiis et notis quibusdam stellas referentibus resperrigitur, hinc ipsi nomen. *Capitis* pars anterior extensa paulatim est in rostrum. *Oculi* uarii et pellucidi. *Collum* longius aquilino. Femora longiora, quam falconum, crura horum respectu breuia et crassa. Pedes magni. Cauda ob longitudinem dependet. Est ex eorum genere, qui, quod emissi praeterito pugno reuocentur, pugillares man-

suefactariis dicuntur. *Differentias* sortiuntur astures uarias. *A natura.* Alii aut rupes mari adiacentes incolunt aut flumina et aquas dulces sestantur, qui humilem prope terram uolatum exercent et clandestino astu praedam adoriuntur. Alii disitis a mari locis delectantur et ex excelsis arboribus praedam despiciunt et infestant. *A sexu,* in quo foemina colore ad aquilam accedit, nisi quod maculis densioribus et rufis adspergatur. *A magnitudine,* quae astures ita commendat, ut in Syria aues, quae prae-

10. c. 17.
m Porphyry.
l. 4. de ab-
finient.

Plut. in
Ifide et O-
sfride.

Vsum si spectes, pulli suaves sunt *Vifus.* ualde, adulorum caro dulcis et leuis. Totus asinus et in cibum sumtus morbum sacrum, in rosaceo elixus oculorum uirtus, puluis, in quo se uolutauit, lino rutilo aegri collo adligatus quartanam, adeps oculis inunctus caliginem, oculi a collo suspensi tertianam depellere, sed frustra creduntur. Stercus in uino dulci tritum p conceptum iuuare, fumum *p Hippocr.* uero q ex eo, spolio serpentis, oponitur *de morbis* panace, myrrha, galbano, castoreo, *mulier.* fulfure citrino et felle uaccino excitatum *q Vellani.* in perfistulam in uterus ex *Brenia.* ceptum foetum educere credibile est.

CAPVT II. De Accipitribus in specie.

ARTICVLVS I.

De Asteria, Accipitri Palumbo et Fringillario.

a Arift. 19.
Hifor. c.
36.

ASTERIAS, qui et asturialis, corpore est grandi et oblongiore, unde palumbo a comparatur, pundiis et notis quibusdam stellas referentibus resperrigitur, hinc ipsi nomen. *Capitis* pars anterior extensa paulatim est in rostrum. *Oculi* uarii et pellucidi. *Collum* longius aquilino. Femora longiora, quam falconum, crura horum respectu breuia et crassa. Pedes magni. Cauda ob longitudinem dependet. Est ex eorum genere, qui, quod emissi praeterito pugno reuocentur, pugillares man-

suefactariis dicuntur. *Differentias* sortiuntur astures uarias. *A natura.* Alii aut rupes mari adiacentes incolunt aut flumina et aquas dulces sestantur, qui humilem prope terram uolatum exercent et clandestino astu praedam adoriuntur. Alii disitis a mari locis delectantur et ex excelsis arboribus praedam despiciunt et infestant. *A sexu,* in quo foemina colore ad aquilam accedit, nisi quod maculis densioribus et rufis adspergatur. *A magnitudine,* quae astures ita commendat, ut in Syria aues, quae prae-

dae ac aucupio seruiunt, ad pondus emantur. *A loco*, sunt namque *Armeni*, qui oculos habent uirides et, si cum dorso nigrantes, optimi censentur, crura candida, pedes magnos. *Persis* corpus grande plumis bene uestitum, oculi concaui, supercilia pendentia. *Graecis* caput grande et rarae in collo plumae. *Africanis* dorsum nigrum, oculi in iuuentute nigri, aetatis progresu rufescunt. *Sardis* pennae nigrae, crura brevia, femora longa, pedes pallidi. *Ilyricis* sive *Sclavis*, statura mediocris, pennae rubrae, maiori ex parte pruarum cudentium ad instar, pedes magni, femora ab interna parte plana, uolae manus instar aequalia. *Alpinis* corpus magnum, oblongum, pedes fere candidi, sufficiens ad leporum uenationem robur. *Germanis* oculi iris et supraea capiti contigua rostri pars, crura, tibiae et pedes crocea. Pennae caudae nigrae et canis iisque latis et obliquis maculis adsperguntur, colli superioris et capitis rufescunt et punctulis nigris interstinguntur. Carcani Astocellus est forte Tardici et Bellonii seminastur.

ACCIPITER PALVMBARIVS,
qui Graecis est *Φαστοφόρος*, *Φαβοτυπος*
et *Φαβοτόνος* seu columbida, quis
sit, certo dici non potest. Aristote-
les b meram nomenclaturam suppe-
ditat et simpliciter accipitrem no-
minat. Ephesius a Nispho citatus fal-
conem gentilem uulgo dictum ex eo
facit. Alberto cum astre idem es-
se uidetur, Turnero cum fringillario
idem. Aristoteli est chalcidis ausi
magnitudine et carniuorus, Por-
phyrio omnium celerrime uolat.

ACCIPITER FRINGILLARIVS
Graecis ueteribus *σπιλάς*, recentioribus
ξεντέρης, corrupto forte ab oxy-
ptero uocabulo, Latinis nifus, quod
ei Alberti, ni fallor primum aeuo im-
positum est, sed non Ouidii, cui ni-
fus idem cum haliaeto, aliquibus
sparuerius ab Italorum sparuiero di-
citur. *Mas*, qui Muscetus uocatur
et foemina minor est quique ab Al-
drouando exhibitur, *rostrum* habet

breue unco acutissimo praeditum
coloris cornei subcaerulei. *Oculi*
pupillam ochrae colore pallido lu-
tea iris excipit, quod reliquum est
intentu flauet. *Caput*, collum, pe-
ctus, venter, crura albican et uariis
maculis distinguuntur. *Dorsum* et
alas maculae multae albae resper-
gunt. *Cauda* nigra et fuscis macu-
lis transuersim ornata reliqui fere
corporis longitudinem aequat. *Pe-
des* et *tibiae* crocei sunt coloris. *Foe-
mina* uertex, collum, dorsum,
alae coloris sunt obscure fusti. In
Sincipite et aliarum medio, qua dor-
so incumbunt, alba macula conspi-
citur. *Pars* totius corporis *prona*
est candida et transuersis lineis lu-
teis interfecatur. *Degit* tempore
hyberno in tyluis caeduis earum-
que gracilibus. Non ante occiden-
tem solem ad sedem suam reuertitur.
Plerumque aduerso uento *uolat*. In
legibus Salicis de eo legitur, quod,
qui furatus fuerit, centum et uiginti
denarios persoluere deprehensus
teneatur. *Dividuntur* ab *aetate*
in *nidarios*, *ramularios*, qui nec-
dum plumarum deposuerunt ex-
uuum et mutatos. *A loco nata-
li* in *Ilyricos*, qui ut plurimum
lumbos ac dorsum nigra obtinent
et uitam breuem agunt. *Orienta-
les*, quibus cauda duodenis pen-
nis instruitur. *Africanos*, quibus
oculi nigri, pectus nigra et trans-
uersis maculis varium, alae longae.
Tridentinos, qui sunt proceri, uo-
laces, saepe captas alaudas in ter-
ram deorsum deiiciunt, mox sur-
sum adripiunt. *Vincentinos*, qui
aut in montibus Vincentinis na-
scuntur et omnes statura sunt exi-
guia aut in Mucrofticanis Spina-
roli dicti, capite magno, reliquis
minores et ad aucupia inepti: et
ignotos, qui corpore mediocres,
maculis ferrugineis ad rubrum in-
clinantibus resperguntur. *A colo-
re* albos namque in septentrio-
nalibus oris reperi Olaus

Magnus auctor est.

ARTI-

*l. 3. de ab-
stin. ab
animal.*

Accipiter Pahumbarius.

Habich Raknstoesser.



Asturias Stern habich. Tab: VI

Accipiter Fringillarius Nissus.

Rötelgeier Fincken
habult Spetter




*Turunulus mas.
Wandwäher Sternschmatz.*



Turunulus Femina.



155



ARTICVLVS II.

De Circo Aesalone et Tinnunculo.

Nomen. CIRCVS Hesiodo ιονές κύρος, Homer et Aristoteli κύρος simpli- citer, Festo circanea uel circenda, forte, quod, cum insideatur, circuitum in aere faciat, dicitur.

*Descrip-
rio.* Si descriptionem Bellonii sequimur, haud multo miluo minor est. *Capitis* uertex et guttur inferius ex rufo alblicant, plumulae, quae auditus foramina tegunt nigræ sunt. *Rostrum* capiti continuum plumbeum est, extreum atrum. *Collum* breue. *Crura* gracilia, lutea falso altero claudicare Plinius pro didit.

Locus. Galliae est inquilina et ibidem in Arueniae planis *nidulatur*.

*Nutri-
mentum.* Cuniculos, ulpes, a columbos, b turtures, c mures d *infestat*. Bi N.N. c. 8. bit, cum in maritimis uersatur. Ama a Arist. l. 9. raginem, lactucam sylvestrem uel Histor. c. 5. crocum nido imponere creditur.

b Aelian. l. 3. c. 45. de Animal. c Aelian. l. dae propinquus de ea apprehenda 6. c. 45. de est sollicitus. *Volat* in gyrum et quidem uelocissime, hinc g Homer. in Batra- chomyo- machia- Vox. *Vox* ipsi acuta e et clangere di citur idque tum facit, f cum praed. c Aelian. l. dae propinquus de ea apprehenda 6. c. 45. de est sollicitus. *Volat* in gyrum et quidem uelocissime, hinc g Homer. in Batra- chomyo- machia-

Volatus. AESALO, qui Turnero smerillus, Isidoro merillus, Crescentieni si ismerlus, Alberto mirle, inter rapaces minimus est et tum corporis specie, tum pennarum colore falcones refert.

g Odiss. n. Perdices et columbas uenatur, alaudas tam auide, ut ad b cli banum usque ardentem, puteum uel hominum uestes offendat, si peritia et usus accedit, quatuor i Plin. l. 10. merilli cygnum etiam deiiciunt. c. 8. Solus omni tempore iadparet, quod k. l. 8. Hist. tamen buteoni Aristoteles k adscribit.

Inimici-
tia. Inimicitias cum l vulpe et coruo gerit, illius catulos interficit, hu ius oua confringit. Corui uulpi bus auxiliantur.

Nomen. TINNVNCVLVS Gazae ali quandotristunculus, ut Italis trista-

rellus et canibellus et gauinellus. Græcis κυρχητης, κυρχηπας, κυρχητης et κυρχηπις, quod multis milii instar punctis insignis sit, dicitur.

Mas, prout ab m Aldrouando Descrip- describitur, habebat caput in sum. tio. mo uertice nonnihil compressum, coloris cum uniuersa ceruice ad dorsi initium ferme cinerei. Ro strum statim deorsum molli decli uitate tendens unco insigni ac longi sculo, cuius pars capiti continua fulvescit, media colore est ci nereo, ad latera appendix erat hemicycli forma. Alas et dorsum ferrugineis pennis notis atris distinctis, gulam, pectus, uentrem fla uis macnis nigris perspersis uesti tum. Alas oblongas et quinque digitorum spatio ultra uropygium extensas. Caudam maxima sui parte cinereum reliqui corporis lon gitudinem aquantem. Foeminae, quae maior erat, rostrum breuius cum rostro magis recurvo cinereum. Dorsi et alarum pars superior ferruginea ad rufum accedens. Pen nae extremae dorsi cinerei coloris et notis transuersim fuscis obliquis utrinque in angulum medio scapo coeuntibus maculatae. Habet Aldrouandus et tinnunculum foemina alteram, cuius descriptionem apud eundem uide.

Nidulatur in altis aedificiis, mu ris, turribus et cauis quercubus, monedularum more, non super fronde, sed in latibilis.

Foeminas mas semper seftatur, Generalis de absentibus dolet. Illae supra tio. quaterna o oua edunt minii modo n Aelian. l. 2. de Ani mal. c. 43. o Arist. l. 3. degener. c. 1.

Viditat papilionibus, locustis, uespis, muribus. Inuentus ali quando in nido eius et serpens, sed et ipse in picarum indo cum pullis inuentus est. Bibat annon dubium. Aristoteles p raro et solum inter uncungues tradit. Aelianus q et Suidas nullo potu indigere scribunt.

Cum

Cum columbis singularem colit amicitiam, cum accipitribus aliis et si sui generis capitalem hostilitatem exercet. Ideo r. Plinius: aus, s. Plin. l. stor. Nat. quae tinnunculus uocatur, cum c. 37. columbis habenda est. Defendit enim illas terretque accipitres naturali potentia in tantum, ut ui-

sum eius uocemque fugiant. Hac de causa praecipuus columbis amor eorum feruntque, si in quatuor angulis defodiantur in ollis nouis oblitis, non mutare sedem columbas. Fumus eius albugines oculorum s. extenuat.

s. Plin. l.
Hist. N.
cap. n.

ARTICVLVS III.

De Buteone, Subbuteone, aliis Accipitrum apud Aristotelem generibus et sacro Aegyptio.

Nomen.
a Plin. l.
10. c. 28.

Descri-
prio.

BUTEOES, qui et a numero a testium triorchis, Marcello, millo dicitur, quae ternam descriptionem Aldrouandus exhibet.

Prima sub nomine buteonis ex montibus Vineolanis allati ponitur. *Corpus* erecti duarum spithamarum erat. *Caput* habebat compressum, figura trigona. *Rostrum* nigrum membrana circa nares lutea uestitum. Iridem circa pupillam in *oculis* nigerrimam. *Collum* breve et plumosum. *Dorsum* ad caudam coloris ferruginei. *Alter* ex Gefnero sub Bushardi ut Sabaudis dicitur, maris cognomento eaque duplex. Magnitudine *prior* magnam gallinam referebat. Caput pennis fuscis integebatur. Collum breuissimum erat. Pennae in tergo fuscae, extremae nonnihil rufi coloris prae se ferebant, in uentre et pectore albicantes nigrisque pleiaeque maculis per medium insignes uisebantur. *Testes* deerant. *Alteri*, circulus in oculis flauissimus iridem nigram ambiebat, colore nonnihil a superiore uariebat. Venter, latera et crura superius plumis albis uestiebantur, quas latiusculi circuli obscure rufi per transuersum distinguebant. *Testes* bini albi et pusilli ad spinam dorsi inter utrumque renem conserverant, in quorum medio particula teste minor et flaua testiculo proportione respondens uisebatur. *Tertia* est Bellonii sub nomine Guyrani seu Boudree. Huic rostrum est curtum, acie nigrum et hamatum, narum regio et rictus flauescunt.

Venter plumis candidis, quarum apicem macula nigra iuxta scapi medii ductum insignis uestitur. Rectrices alarum plumae crenas instar ferrae exhibit nigras, ubi albore incipiunt. Caudae color uarietate attaginis similis. Crura antica et postica annulis imbricata. *Quarta* est illius, in quo disiecto tres testes inuenti et qui hactenus descriptis in omnibus fere conformis erat.

Vittus ipsi ex herbis b. selarea, Nutriasperula seu alyso et matrisylua; ex animalibus, k mures, ranae, r. betae, lacertae, limaces, serpentes, scolopendrae, erucae. Erepta illi aliquando ab d. ardea et anguilla, inuenta in dissecti uentriculo et talpa. *Volatus* est tardi, tam defes etiam, ut telo petitus uix ad tertium ictum cedere dicatur, ideo nullo negotio capitur.

Vsus ipsius tum in *cibo*, tum in *medicina*. Sane et in Balearibus insulis e et apud Aruernos Galliae populos in honore mensarum est. Carnem quippe habet teneram, hyeme praesertim et dulcem. Testiculi ex f. aqua fontis cum melle decocti ad uenerem commendantur.

SVBBUTEO seu hypotrichis, quod nomen Aristoteles g. illis, qui in accipitrum genere latiores sunt p. adscribit, prout ab Aldrouando describitur, uerticem habet ex cine- reo et castaneo ad nigrum uergentem eiusdemque coloris macula una a capite per tempora ad gulæ latera descendit; altera ab initio rictus

Accipiter



Ägyptio

Subudo. mosweiber




Tab: IX


Lanarius.



Lanarius. Schimme



Lanius cinereus Fannina



*Lanius albus
neintöbler*



s Plin. l. 3
Hist. Na
cap. ult.

Nutri-
mentum,
b Bellon.
2. de Ani
e. 10.
h c. Ari
9.
Hist. t.
d Simonis
apud A
then.

Vfus.
e Plin. l.
10. f. 49

f Baptis
ta l. 3.
34.
Pytho-
gnon.
Descri-
ptio.
3. Ari. B.
A. l. 9.
36.

Tab:X.

Tinunculus Cenbris.
Wanen Waher



Cuculus
Guch gauch.



Dendrofaleus
Baumfalk



Cuculus
Alter




Lanius Minor



Aesalonius
accipitris Spec-
ies




Lanius
Wärkengel
neüntöbler



Lanius.
alius.

Warckengel.



Lanius Collario.

Tab XI



Lanius *Milau.*

Cuculus. *Guggauch.*
Kükück.



Buteo. *Triorches*
Bushart. *Busant.*



Accipiter
minor.



Milau. *Weije.*



Accipiter *maior.*



h.l.g.E
c. 36.

Nome

n Ale
uand.
e. II.



rectus sub oculis utrimque per gulam in longum protenditur. *Palpebrae* sunt subluteae. Plumae menti et guiae totae albae et color ille continuus ad ceruicis et uerticis per tempora initium, quod minori oculorum cantho ex opposito est, perducitur. Pectoris totius plumae nec non et uentris medio macula fusca oblonga notatae in oris albificant. In pedum *planta* tubercula ueluti calli ubique eminent. In nemoribus celsis et densis degit et homines, quos perdicum uel co-turicum uenationi operam dare conspexit, ipsi inseguiri solemne est, ut auiculas canum metu subuolantes adripiat. Sed haec de istis sufficiunt, quid uero *b* Aristoteles per pernem, percum, rubetarium et leuem intelligat, disquiritur. *Pernos* apud Hesychium et Phauorinum genus uenatorii est accipitris, ultra ignoratur. *Percus* seu per-

cuus idem cum fringillario propter alarum nigritionem esse uidetur. Aristoteles per fringillarium nisum foeminam, per percum marem uulgo maschettum dictum forte intellexit. *Leuis* quis sit, ignoratur. Bellonius smerillum esse existimat. *Rubetarius* uel idem est cum leui, quia de utroque Aristoteles. Abunde uiuent et humiuolae sunt uel milui species. Qui SACER AEGYPTIVS Bellonio dicitur, corporis magnitudine coruum refert, capite milium, colore ad falconem sacrum accedit. In Aegypto est frequentior, quam ulla alia avis, quae rapto uiuit. Rara in Syria conspicitur, sed et in Caramania aliquando. Serpentibus potissimum uescitur. Vnde ei olim apud incolas tanta i reuerentia, ut illius uel ^{i Herodot.} per imprudentiam occisor morte ^{in Enter-} multaretur, ipsa mortua ho- ^{pe.} norifice sepeliretur.

ARTICVLVS IV.

De Lanariis et Collurionibus.

Nomen.

*n Aldro-
uand. l. 5.
c. 11.*

De lanariorum ignobili genere buteonibus rectius adnume-rando hic res est, de nobili inter faltones agemus. *Nomen* ipsi seu a laniandis auibus seu, quod plu-mas lanarum instar molles habeat. Aliquando lanius molliceps, falco albus, degener et buteo albus di-citur.

Videtur duplicem iconem exhibit. *Prior* accipitri palumbario magnitudine par, *uertice* erat lato, capite et collo crassis, omnibus, uti et uentre tota parte prona, femoribus, uropygio et cauda inferna. Inter oculi canthum maiorem et rostrum maculam habebat nigram, alas oblongas longe ultra uropygium protensa, *ti-bias* luteas et pro reliqui corporis portione ualde graciles, easdem a poplite ad ungues paulo plus palmo longas et culmo triticeo uix crassiores. Vnguiculos uncos, sed tenues. *Alteri* lingua erat lutea et nigra. *Caput* et dorsum cum leu-

cophaeo fuscum, pectus totum leu-cophaeum ad annum usque macu-lis in longum ferrugineis distinctum. Alarum remigia ex sex ordinibus ra-tione coloris constare uidebantur. Uropygium totum candicabat. *Pedes* habebat luteos, femora plumis ad poplites usque uestita. Tibias erectas et instar stipitum. Vngues longos et admodum recuruos.

Videtur ex muribus in agris que- <sup>Albert. l.
rit, sed et auium pullos in nido
22. de Ani-
mal. c. 15.</sup>

COLLVRIONES de minore sunt lanariorum genere illique uel *ma-iores* uel *minores*. Ex *maioribus*, <sup>Differen-
tiae.</sup> qui Aeliano merulae uenaticae, foemina est turdi mediocri magni-tudine, e longinquio contemplanti tota cinerea. Capite ad feliqui corporis proportionem triplo ma-iore. *Rostrum* habet parte su-pe-riore ualde inflexum, inferiore sursum modice curuatum. *Lin-guam* in extremo multifidam et

C

in

in fibras acutas et quasi capillamenta quaedam desinentem. *Oculos* totos nigros. *Caudam* picae similem, quae explicata corniculatae crescentis lunae imaginem exhibet. In mare gula, pectus, uenter, femora, cauda prona dilutius, quam in foemina albant. Vertex et dorsum obscurius fuscescunt, plumulae harum partium adeo sunt tenellae, ut pili potius glabri ac leues esse uideantur. Erat et *alter* totus albus, rostro, tibiis et unguibus exceptis. Interdui semper fere arbori summae aut dumeto insident, in Heluetia inter frutices spinosos et confidentes caudam erigunt.

Nutri-
mentum.

Victus ipsis papiliones, scarabaei, uermes, iuli, ericae hirsutae, locustae, grylli, quos, praeda uberior si contingat, defectum penuria prouidi in aculeis et spinis arborum singunt, inter aues turdi, fringillae, picae sylvestres. Osfa comminuta deuorant et famelici tantos carnis bolos in gulam ingebrent, quantos rictus capere possint.

Genera-
tio.
Bellon. I. 2.

de Anib.
8. 23.

Nidos ex musco, lana, fundos eorundem ex erica componunt. *Senos* pullos excludunt parentibus rostro, cruribus pedibusque exceptis, quia plumularum radices ad uiorem nonnihil uergunt, omnino dissimiles.

Pex.

Voce canum a longe auditum

latratum aut noctuae aliam adpellantis ululatum referunt et uocem Houin, quam saepius iterant, exprimunt. Vniformis ea hyeme et *Aelian.* autumno, uere et aestate uarias auium modulationes imitati easad se capiendas adliuent. Capti in caueam inclusi muti et elingues permanent. Hyberno tempore facile capiuntur. Nam auem caueae inclusam inuadunt, decipula decidente intercipiuntur.

Collurionum minorum quinque ge-
Collurio-
nera obseruauit Aldrouandus. *Tria* res.

aliqua sui parte rubescientia, duo cinerea. Auiculae sunt alaudis paulo maiores, duos palmos et pollicem circiter longae. Omnes utraque rostri, quod recurvum est, modice tamen parte ternos pilos instar barbae prominentis habent. Vtrorumque pulli, antequam frequentibus integrantur plumis, uirefcere nonnihil adparent. Tanta eis (expertus Bellonius) similitudo, ut *Belloni.* difficilime dignosci possint. *Cibus* de Anib. 6. 25. ipsis sorices, mures, lacertae, talpae. Inter edendum uni tibiae insistentes cibum pede altero sursum retracto prehendunt. Humilius uolant et praedae inhiantes aliquamdiu se in aere librando suspendunt. In carduis saepissime quiescent. Octonam aliquando, senam nonnunquam prolem excludunt. Rubore uerticis qui insignes, in Italia inter delicatos cibos

ARTICVLVS V.

De Miluo et Harpa.

Nomen.
a Plin. I. 9.

Oppian. I.
b Ovid. I.
c l. 10. c.
Differen-
tiae.

*Miluu*s, quod uocabulum et piscem *a* et stellam *b* in septentrionali parte significat, Graecis *ικτίνος*, Cretensibus *άγνερος*, Hedes *Piscib.* *ψυχίο*, si locus suspectus non est, *οὐδέποτε*, eidem et Phauorino *αναπτησικέρας*, c. 10. *σκύλλος*, *έλανος* et *κατσανδρίου* dicitur. Plinio *c* ex accipitrum est generibus, Aristoteli inter carnivoras, sed uix rapacium nomine dignus.

Tria ipsorum sunt genera. *Vnum* *ικτίνος αἰταλίος* d' Aristoteli dictum minus nigrum et robustum. *Alterum*

maiis, colore propemodum rufo, infirmius. *Milui regalis* nomine gaudet, quod a binis falconibus sacris in ipsum emisis intra nubes etiam se condens summa cum principum uoluntate in terram deiiciatur. Cui et miluu palustris *x* adcenferi debet. *Tertium* albidius et rapacius, Angliae et septentrionalibus regionibus, in quibus nigredo et albedo in candorem ueritur, frequens.

Descriptione operosa opus non est. *Ridum* habet rectum, nulla mar. *Et Bi-*
descri-
prio.
ginum

ginum adpendice a fraeno seu lateribus extremis ad uncī usque initium. Intestino et hepati fel adiunctum habere Athenaeus e tradidit.

e Athen. l. 8. c. 8. Locus. f Herodot. l. 2. *Loca* temperata miluo sunt familiaria, nisi quod in Lybia circa fontes Nili perennare *f* dicatur. Ideo et in insula S. Dominici uicinae quoque mari multi, quibus bifurcata cauda, uisi sunt et in Anglia nullo non anni tempore adparent et, quod spurcitem in plateis et ad flumen Thameſin legant, lege ab omni noxa immunes sunt. Ideo hyeme aduentante uel calidiores regiones Aetolii citius, quam regales petunt ibidemque hibernant, (ſane ultimo Aprilis tot cir-

g. l. 2. c. 28. ca Pontum Euxinum *g* Bellonius uidit, ut, si quindecim dierum spatio tot praeteruolasent, hominum superaturos fuisse numerum crederet) uel in nidis ad breue tempus plumarum suarum uellere corpus a frigore tuerintur uel in querubus aliis arboribus carie exefis corpus fouent. Ideo denique aestu accidente, calidas regiones deserunt et in Europam, tardius tamen Aetolii, quam regales reuertuntur et aestu in eadem urgente, supra nubes, quo radiorum solarium reflexio pertingere non potest, ideo nec aestus ita urget, eleuantur ibique aliquantis per haerent.

Nutri- mentum. h. Arift. H. A. l. 8. c. 3. i Bellon. l. 2. de Auib. c. 28. k. l. c. l. Arift. l. c. *Vicit* carne *b* animalium pullorum in primis gallinaceorum et anserinorum tam uiuorum, quam mortuorum et fructibus. In Aegypto *i* in palmas deuolasent et daetys los comedisse uisi sunt. Fruges respovere *k* Aristoteles creditit. Biberunt *l* raro, quia siccō cibo rarissime utuntur et, si quando, ex solis pluvialibus aquis, si Tzetzzi credimus, a quibus tamen, dum pluit, abstinent. Quod ad feneſtas domum

m Bellon. l. 2. de Auib. 6. 28. in Aegypto *m* aduolant et in insula S. Dominici prope ad homines accedunt in eorumque conspectu corpus a pulicibus expurgant, manuſtudinis est indicium: quod pueris cibum e manibus carnes ablumentibus, pisces exenterantibus, pi-

leos deambulantibus in urbe, nundulationis in primis tempore eripiunt, rapacitatem arguit: quod in Elide nihil ex funerum ferculis *n* *n* *Plin. l. esculenti*, nihil Olympiae ex ara *10. c. 10.* carnium Ioui sacrificatarum auferre dicuntur, uel falsum est uel timiditatis, *o* quia turba praeſens *Ovid. l. 2. Metamor. phos.* argumentum praebet. Creduntur primo anno pre audacia nihil mortuum gustare, secundo pre metu nihil uiuum edere, tertio fame interire.

Pariunt bina magna ex *p* parte, *Generatio* interdum tamen terrena totidemque *p. Arift. H. A. l. 5. c. 6.* excludent pullos post uicenorum dierum incubatum, sed, qui Aetolius uocatur (male Plinius aegolium uertit) quaternos.

Vocem si spectes, lippire uel *Vox* gere dicitur.

Vifus ipſi ſatis q acutus. *Vnde Vifus.* Aristophanes *r παντοφάλαψες* dixit. *q Apulei.*

Volatu et praefant et in eo *in Milesi ac.* aliquid peculiare habent. Illud *In Auib.* tum, quia intra nubila ſe recondunt *Volatus.* et indeſeo labore maxima aeris *s. Iunen.* ſpatia emetuntur tum, quia tanta *Satyr. 4.* uelocitate ſe praecipitant, ut ſaepe proiecta in altum pulmonum bubulorum ſegmina unguibus, antequam in humum delaberentur, *t. t Bellon. l. adripuisse uisi ſint.* *Hoc tum,* *2. de Auib. c. 26.* quia ducunt per *u* aera gyros, *u* *u* *Ovid. l. 2. de Amore.* de circaneae, *κυκλωσται* et *regio-* *de Amore.*

Videatur, inquit Plinius, *x* *artem gubernandina-* *x Plin. H. um docuisse caudae flexibus in coelo N. l. 10.* *monstrante natura, quid opus esſet in c. 10.* profundo.

Amicitiam colunt cum *z* harpa et cuculo. *Inimicitias* cum vulpe, *a* *Amicitia.* coruo, gallinis et columbis exercent, *z Arift. l. 9. Hift. cap. 1.* A foliſtitiis adſciuntur *b* podagra, *Adian. 5.* ideo tunc frequentius latent. *H. A. c. 48.*

Vifus ipſorum apud pauperiores *a Horatius nonnullis in locis in cibo.* *In medici. in Epodo.* *b Plin. l. na*

c. 1. H. N. na cinis cremati babitur contra epilepsiam, testiculi ex aqua fontis contra impotentiam, simus contra articulorum dolores, quod et uermes, qui ex eo XL. diebus in fimo macerato nascuntur, faciunt, commendantur. De HARPA inter Ari-

stotelem, Plinium et Oppianum non conuenit. Gesnerus uultem aureum harpam Oppiani, quod sub mento plumas barbae initar habeat, esse credit. *c. Aldrouandus* milium palustrem opinatur. *c. l. s. c. 16.*

ARTICVLVS I.

De Cuculo.

Nomen. *C*ucus, quo nomine mons in a-
a Athen. *l.* gro Bononiensi, piscis *a mari-*
7. c. 27. *b* herba inuolucrum papyra-
b Fernel. ceum et alia uenient, Graecis *κύν-*
l. 6. Me- *υζ* nomen a uoce fortitus est. Acci-
thod. c. 20. pitri adponitur, quod eum tanta similitudine referat, Aristotelis ae-
tate hoc ipso creditus sit prognatus
c Bellon. l. et apud *c* Gallos falco cuculi pa-
2. de Anib. rens communi proverbio dicatur.
c. 29. Plinii is uidetur error. Nam Aristoteli-
d H. A. l. 6. teles, *d* dum cuculum ab accipitre
6. 6. interimi scribit, quod nulla avis in suo genere solet facere, accipitrini generis eundem non esse docet.

Differen-
tiae. et
Descri-
ptio.
e Arist. l. c. *Duo* sunt ipsorum *genera, maius* nempe et *minus*, quae sola inter se magnitudine differunt. Nec est, quod curiose describantur. Neque aduncis sunt, inquit *e* Aristoteles, unguibus accipitres neque capite accipitribus similes. Sed ea utraque parte columbos potius, quam accipitres imitantur nec alio, quam colore repraesentant accipitres, nisi quod isti maculis seu lineis distinguantur, cuculi uelut punctis. Caue tamen, illud, quod de pedibus, extra aduncitatis defectum intelligas. Nec enim iis terni ante et retro unus, ut columbis, sed bini anti-*c. 1.* et totidem postici, ut picis et nocturnis auibus, quod antiquitati ignotum. Sed et id, quod de punctis dicitur, stricte sumendum est. Nam quos Aldrouandus describit, prona parte tota tam cinerei sunt, quam albi lineis seu maculis transuersim ductis oblongiusculis, fuscis et interruptis interdum, interdum magis continuis distincti. *Crura* corporis magnitudini in iis non con-

gruunt. Nam et femora brevia et tenuia sunt et tibiae uix pollicem latum longae. Iuuenem totum nigricantem maculis subrufis per alas resperfum Aldrouandus notauit, foramina narium in rostro multum eminebant. Oris pars interior flavi coloris erat.

Loca si attendamus, ubique *Locus.* fere gentium reperitur, nouum or-
bem et Aethiopiam, si Aluare-
zius fidem meretur, si exceperis.
Aestate pro natura avis, in cuius
nido parit, in arboribus, petris et
fluminum ripis *degit*, hyeme in ter-
rae, lapidum et arborum caua se
abdit in iisque per totam hyemem
latet. Auditam eius latens uo-
cem fabulantur, cum truncus for-
naci calefacienda immitteretur.

Cibus ipsi erucae, muscae, fru-
ges, sed et carnes, si uerum est, *Nutri-*
grandiusculos nutricis pullos, imo
ipsam deuorare, quod *f* quibus-
dam creditum, quanquam exinde
carniuoras esse *g* negetur, quod
nonnunquam accipitri in cibum ce-
dat. Hyeme dum latitat et implu-
mis est, uel congestis et ibidem *b*
repertis uiuere uel hirundinum et
ursorum modo uitam sustentare
credendus est.

Quantum ad generationem, quia *tigo.*
naturae *i* est frigidae, maiori ex *H. A. l. 6.*
parte *k* singula parit oua, raro *mal. l. 6.*
bina. Genus quoddam in petris *n.* *m. Arist. l. 9.*
disicit, (sic Aristotelis *l* uerba su-*H. A. l. 6.*
menda sunt) reliqua in palumbi, *mal. c. 29.*
m alaudae, luteolae, sed currucae *n. Aelian.*
in primis nido ouis *n* iam faeto *3. de Ani-*
oua sua deponunt seu, quod *o ob* *o Plin. H.*
metum et ignauiam non fore tu-*N. l. 10.*
tam *c. 9.*

tam generi suo stirpem opinentur
p. Arift. l. 3 seu, quod propter frigidam p cor-
de gen. c. 1. poris constitutionem ex ouis pul-
Aelian. l. 3 los excludere non possint.
de Animal. c. 30.

De *ingratitudine* in nutricem
Ingenium. non conueniunt autores. Alii
negant, dum uel auis eum dun-
taxat, in cuius nidum sua impor-
q. Arift. l. 6 tat, oua q comedere, propria
Hif. c. 7. subiicere uel deprehensa, postquam
Oppian. adoleuerint, fraude a nutrice r re-
in l. l. 1. linqui uel ad uolatum firmos fi-
s. Aelian. bi conscos ad parentem s euola-
l. c. re uel nutricem seu uiso cuculi,
t. Niphus cuius ouum citius excluditur, pul-
apud Al-
arou. lo, tanquam eo contentam a suis
incubandis t desistere, seu exclu-
fos specie cuculi elegantiore ca-
ptam (adripit hic cibos audius et
u. Arift. l. pinguescit) tanquam spurios u oc-
9. H. A. cidere et in cibum cuculi pullo-
c. 29. dare scribunt. Alii adfirmant,
dum uel pullos nutricis ab iis uel
x. Plin. l. conculcari uel cibo fraudari uel
io. c. 9. ipsa x inspectante absumi et iam
H. N. uelandi potentes ipsam nutricem
y Idem l. c. y conripere credunt. Utut sit, hoc
certum est, educare currucam sub-
ditum cuculum adulterato foetam
nidio.

Volatus. Volatus ipsis breuis, interruptus,
humilis et, ut hostem effugiant, in-
stabilis. Ideo miluorum scapulis,
quo tempore adueniunt, suscipi-
putantur, ne per longa aeris spa-
tia defatigati deficiant. Solent au-
tem ineunte uere adparere, cuius
aduentantis primi post amphisbae-
nam sunt nuntii. Caniculae ortu-
z. Plin. l. c. z occultantur, post rarissime a

cernuntur. Hyeme deplumes in ca-
uernis torpent.

Vox iporum propria Cucu. Vox.
Hanc minus explanant, b cum se b. Arift. l. 9.
abdituri sunt. Ad ultimum alibi H. A. c. 49.
Iulium ad S. Ioannis apud nos
festum perfectam edit, si ultra,
uuiae uix maturescant.

Inimicas tum omnes fere auicu- Antipa-
las, praeципue cum oua pariunt, thia.
habent seu, quod illorum sint frau-
dis conscientiae seu, quod accipitri per-
quam sint similes: tum cicadas ex
eius saliu a ortas, quae eos fre- c. Isidor. l.
quenti agmine inuadunt et, post- 12. orig.
quam sub alas inrepserent, morsibus c. 4.
lancinant. Ideo sub ortum cani-
culae, quo rauicis

sole sub ardenti resonant arbusta cicadas, Sympa-
cantilenam suam abrumpt. De ibia.
eiudem cum miluo amicitia supe-
rius dictum est, quod de paliuro:
in monte Coccygio a c Plutarcho c Plut. de
refertur, omne animal, solo cu- flumis.
culo excepto, quod insederit,
tanquam uisco retinente haerere,
non minus fabulosum est ac, quod
de cicadas ex ipsis saliu natis di-
citur.

Inter corporis affectus referri po- Morbi.
test, quod hyeme deplumescit,
pennas mutat et simul colore im-
mutatur. Exuui deposito, cor-
pus eius scabrescit.

Vsus eius et in medicina, quia ci- Vsus.
neres d usti ad dolorem uentriculi d Plin. l.
ualent et in cibo, quia eius pullo, c. 9.
qui iam uolare potest, nulla auium.
suauitate carnis comparari potest,
obtinuit.

TITVL VS IV. De Falconibus.

CAP VT I.

De Falconibus in genere.

Nomen. Falconis, ut auem significat, uoca-
bulum adeo generale est, ut
eo omne rapacium genus autores
incluserint et Aquila a cum Theo-
dotione et Symmacho omnes,
quarum in uenatu uolatico usus est,
faltones nominarint, recentiores
illis auibus a falcato unguium ha-

mo nomen indidere, quae Thuscis
Campanis uernacula Capys dice-
bantur et a nobis iam describen-
tur, nec tamen tam stictae, ut
non quaedam accipitribus commu-
nia intercursura sint.

Ad tres ipsos classes migratores Differen-
nempe, campestres et riparios Bello-
nius